

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1228

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Cānradus custos et Karolo scolasticus Honaugenses et alii quam plures. actum anno domini 1228, 3 nonas julii in civitate Argentinensi. 1228 Juli 5 *Straßburg*¹.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 45 or. mb. c. sig. pend. laeso. Nach den Bruchstücken zu schließen, ist es das Siegel des Grafen von Dagsburg, das erhalten ist; alle übrigen sind abgefallen.

Gedruckt darnach bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 313 nr. 307.

212. *Pabst Gregor IX ermahnt die Bürger Straßburgs, in ihrer löblichen Treue gegen die Kirche zu beharren, und verspricht sie in den allgemeinen Frieden einzuschließen. 1228 September 27 Perugia.*

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis civibus Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. deo credimus esse gratum et nobis plurimum est acceptum, quod fideliter et efficaciter haccenus astitistis Argentinensi ecclesie matri vestre, per hoc vos exhibentes benedictionis filios et devotionis alumpnos, gratos etiam spiritualis beneficii, quod ab ea, cum vos in Christo regeneraverit, accepistis. dignis vos ergo inde laudibus in domino commendantes et referentes pro vobis gratias creatori, devotionem vestram monemus et obsecramus in domino per apostolica scripta mandantes, quatinus, cum exhibitum a vobis ecclesie predictae auxilium ad salutem et gloriam vestram cedat, pro ea, cujus honores et jura sicut devoti filii conservare debetis, venientibus ex adverso vos viriliter opponatis, cum in depressione ipsius deprimi honorem vestrum contingat et recte super vos obprobria ejus cadere dinoscantur. sane in cordibus vestris non debet esse aliqua dubitatio, quod in tempore necessitatis vos deserere debeamus. non enim erit in oblivione vestra devotio, sed menti nostre semper infixamanebit. nec suspicari debetis, quod efficiamini a pace ecclesie alieni; immo nunc et quando necessitas fuerit, vobis tamquam specialibus apostolice sedis filiis assistemus provisiuri indemnitati vestre, sicut fuerit oportunum, ita quod nullo modo penitere poteritis vos in apostolice sedis devotione stetisse, sed in ea firmiter radicati fortius et fiducialius persistetis. datum Perusii 5 kalendas octobris pontificatus nostri anno secundo.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corpus A lad. 3^a or. mb. c. bulla pend. delapsa. Auf der Rückseite von gleicher Hand civibus.

Gedruckt darnach von Winkelmann i. d. Forsch. z. deutsch. Gesch. XV, 380 nr. 5. — Potthast Reg. pontif. nr. 8263^a.

¹ *Bischof Berthold stellt dem Grafen folgende fidejussores: Friderichum cantorem, Ulrichum scolasticum, Arnoldum camerarium, Friderichum de Hagenowe concanonicum nostrum; Burchardum Puerum, Friderichum de Offenwilre, Theoderichum Stehellinum, Wilhelmum Begere, Rüdolfum scultetum, Sygelinum milites; Erbonem juniorem, Friderichum filium Dispensatoris, Erbelinum breviorum, Johannem Vitulum, Hartungum, Sivridum Wulledin. Für das Einlager wird Zabern bestimmt.*